

Festum Natiuitatis

pollicetur. Pœnitentia est & præterito-
rum satis factio & cauendorum solici-
tudo ; habet fructus magnos, utiles, nec-
cessarios ; eo tempore agenda quo salus
corporis manet, & sua quisque viri
potestate ; ea mentis intentione ampli-
etenda, ut inde hominum laudes non
affedemus. Saluator noster salutem no-
stram stricte pœnitentiam pro peccato
egit, & sedienti homini propitius fuit.

Auct. Biblioth. veter. Parr. tom. i. a fol. 555.
col. 2. a fol. 557. col. 1.

Eiusdem, in Domini Natiuitate ser-
mo tertius in quo incarnationis myste-
ria enucleat & primò. Patrem filium
sibi coeterum charitate nobis donasse
probat. Secundò. Spiritum sanctum
duobus modis in sanctificatione Virgi-
nis operatum esse ostendit, scilicet per
peccatorum mortificationem, & lan-
ctam virginitatis custodiam. Tertiò.
Gabrielis Archangeli à Deo missio-
nem, & Christum lege hominis quia de-
fominā, plusquam lege Dei quia sine
peccato, dolore, matris corruptione,
natum, meditatur. Quartò. Christum
puerum asserit, quia nulli nocuit, omni-
bus profuit, Patri usque ad mortem
obediens fuit, mortis suæ condonauit
iniuriam pro illis qui eum occiderunt
diligenter oravit. Quintò. Christū non
solum hominem factum sed & hominū
seruum ut à diaboli servitute hominem
liberaret, dicit. Sextò. Christum suauem
& dulcem charitatem, Virginem
Mariam filium & suum & omnium pa-
trum habere meruisse, quia prima omni-
um Deo virginitatem deuouit, mani-
festat. Auct. Biblioth. veter. Parr. tom. i. a
fol. 557. col. 1 ad fol. 558. col. 2.

Idem abbas, sermonem quartum se-
quētibus veritatibus absolvit quarum,
Prima est Hominem factum esse quod
Christus est, quando Christus factus est
homo. Secunda. Hortum conclusum,
porta templi, & templum Domini esse
Mariam beatissimam & incomparabi-
lem. Tertia. Saluatorem nostrum fon-
tem à scripturâ sacrâ appellatum fuisse,
quia vnde aqua & sanguinis ex latere
eius profluens genus humandum lauit à
fordibus peccatorum, & Ecclesiam sine

A rugâ crevit. Quarta. Mariam, templū
esse Domini quia Dei in eâ habitauit
& per sanctificationem Spiritus & per
humaniam conceptionem, & portam
dum clausæ suæ maris ex utero Chri-
stus egressus est. Quinta. Christum eun-
dem & non alterum fuisse Dei & Vir-
ginis filium. Auct. Biblioth. veter. Parr.
Tom. i. a fol. 558. col. 2. ad fol. 560. col. 1. 2.
S. GREGORII MAGNI homilia
ad populum hac die prolatæ multa in-
quirit, & soluit, mysticèque explicat.
Nimirum quid sit quod nasciturum Do-
mino mundus describitur ? quod in Be-
thleem nascitur ? quod pastoribus an-
nuntiatur, quod Angeli canticum no-
vum cecinerunt, denique puritatem
commendat, & vitia detestatur. Tom. 3.
homil. 8. in Euang. col. 19. 20.

S. GREGORII NAZIANZENTI in
Christi Natiuitatem oratio panege-
rica, miranda Christi natalis elegan-
tissimè proloquitur ; duæ causæ incar-
nationis Verbi Diuini notantur ; mo-
odus festum diem præsentem ritè cele-
brandi traditur : humilitas filii Dei in-
carnationi prædicatur ; eadem virtus tan-
quam iter ad sublimitatem commen-
datur ; Christi Diuinitas aduersus ha-
reticos probatur ; ad mysterij Natiui-
tatis reverentiam, & saluatoris nostri
conformitatem hortamur. Tom. I. orat.
38. a pag. 613. ad pag. 624.

S. GREGORII NYSSENTI in diem
Natalem Domini nostrorū oratio in illud
Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba, in
insigni die solemnitatis vestre. Similitudi-
nem buccinatoris sibi accommodans,
hunc diem solemnem, celebritatèque
insignem prædicat, & choream spiri-
talem agit, mysteria diei in qua Chri-
stus natus, & temporis, in quo Dei filius
caro factus, revelat, (vbi cur non ante
vel post, incarnatus natusque sit) Na-
tiuitatis Domini miracula limites na-
turæ transcendentia deponit ; ani-
mos in cælestē exercitum intendit ; tri-
pudiūque spœdat Angelorum gloriæ
Deo clamantiū, & pacem terrę euā-
gelizantium ; incarnationis arcanum
explicat, tibi quadam referuntur apō-
crypha ;) Exinde ad Bethleem reuer-
titur,